



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Iudicium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

clerici primæ tonsuræ, additum in Nouo. n. 110. §. 33.

S Peccat fingens aliquid vt eat vel mittat ad accipiendum testimonium fœminæ, & est excommunicatus. num. 25.

Peccat procedens ex officio sine petitione partis, exceptis casibus à iure permissis, qui omnes reducuntur ad vnum, scilicet quando principaliter intenditur impedire mala futura. Ibidem.

Peccat iudex qui absque iusta causa omittit visitare, vel non requirit ad cognoscendum delinquentem. num. 26.

---

I V D I C I V M.

I V D I C I V M temerarium est, iudicare religiosum toties peccare mort. quoties cōfiteatur. c. 2. num. 10. No. 11.

Peccat mort. qui per indicia leuia, iudicat firmiter de proximo aliquid mali in danum eius notabile: Sicut qui damnat alium peccati mortalis, quem videt cum muliere secretò loquentem, alioquin virum bonæ existimationis, vel comedentem mane, vel sæpe in die ieiunij de præcepto, qui tamen habet causam ad hoc: aut se à familiaritate alterius retrahentem: aut denique alios quos



quosuis leui iudicio firmiter iudicant peccare mort. cap. 18. num. 9.

## IURAMENTVM I.

In se.

IURAMENTVM est affirmare vel negare <sup>A</sup> aliquid adducendo expresse, vel tacite, Deum in testem, tanquam infallibilem veritatem. ca. 12. num. 1. §. 2. Expresse est, Sicut dicere *Allego Deum. Facio Deum testem, Vivit Deus, Per Deum, Per Trinitatem &c.* ibid.

Iuramentum etiam est iurare per creaturas <sup>B</sup> in quantum in eis resplendet diuina veritas: vt per Sanctos, per Crucem, per Euangelia &c. item per eas in quibus relucet diuina bonitas, vel iustitia, *Per vitam meam, per salutem patris &c.* vel adiuncta execratione, *Hac mihi faciat Deus si hoc non est verum.* ibidem.

Iuramentum, est de se actus bonus & religiosus. Vnde peccatum est mortale, imò hæreticum, dicere, iuramentum de se esse malum, aut numquam licitum. cap. 12. num. 2. & 4.

Iuramentum est duplex, assertorium & promissorium: requiritque tria vt sit licitum: scilicet veritatem, iustitiam & reuerentiam.

Est